



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 8. Loci aliquot ex epistolis ad Atticum emendati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

quidem intermittant, donec delassatus, ac loquax
fluens, propè exanimis concidat. Hoc quidem & cer-
tissimum ac notissimum est, & à præstanti medico
Mattiolo litteris proditum. Apud Gellium autem
eodem loco ubi legitur περὶ λοιμῶν ἢ λογιῶν, nota-
bium est, quin λοιμικῶν, non λογιῶν, legi debeat.

Quid significet vox περπερῆδες.

CAPVT VII.

VERBYM περπερῆδες, quo vitur M. Tullii
epistola quadam libri primi ad Atticum
eius sunt: Ego autem ipse, dii boni, quomodo ἐπιπερ-
σάμην nouo audito; i Pompeio;) quoque vsus est & Pa-
ulus Apóstolus in priore epistola ad Corinthios, ἐπι-
περπερῆδες, & περπερῆδες, raro admodum in scrip-
tibus Græcis legitur: ideoque variè & à Grammaticis
& ab alijs exponitur Est autem iactare & ostentare
& inanis gloriola fructum ex re aliqua aucupari. Idem
ex illo xere magno Basilio, cuius hæc sunt ἐπιπερ-
περῆδες. Πᾶν ὁ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ κενωπισμὸν ἐπιπερ-
περῆδες, περπερῆδες ἐχέει κατηγορίαν. Neque vsquam melior
vocis interpretatio reperiri potest.

Loci aliquot ex epistolis ad Atticum emendati.

CAPVT VIII.

EMENDABO, aut saltem emendare conabor
Eiusdem epistolis alia. Libro igitur secundo ita
legitur: Cura, amabo te, Ciceronem nostrum, ei me
videmur, ubi quem, quæso, idoneam sententiam effe-
re potest illud δέοι, siue patruos, siue diuinos inter-
tere: Sed nõ libet περπερῆδες. In libro satis vetere
me donauit vir multis nominibus illustrissimus Ge-
lielmus Sirletus Cardinalis, ita scriptum est: Cura
bo te Ciceronem nostrum CYNOS CYNOCIN

Ant
Varia
L

Ex quibus depravata veteris scripturae vestigiis
 incipio legendum: *Cura amabo te Ciceronem nostrum:*
non suspectar videmur. Egrotabat apud Atticum Q.
 Cicero Q.F. Eum igitur patruus avunculo diligenter
 commendat: & quo magis declaret suam erga illum
 sollicitudinem, ait, se sibi videri vna cum eo egrotare. In
 eadem epistola quae statim sequitur, ubi vulgati libri
 habent, SED ME KATAKPICIC MEA ILLA
 COMOVET, in meo est: *sed me pecu mea illa com-*
movet. ut suspicer pro *κατάκειος* legendum *κίος*. Ita enim
 veteres *κίος* nomine vltos scio. Illud autem miror in
 eodem libro à nemine emendatum esse, *Subito cum mihi*
Caecilius quaestor puerum se Romam mittere, hac scripsi
epistola. Non enim subito legendum: sed s. v. b. quo
 legendi compendio significabant, *Si vales bene est.* &
 ita iam pridem emendatam Rinius eodem modo cor-
 ruptum locum sono earundem Epistolarum.

Ex libro quarto earundem Epistolarum emendata
alia. CAP. IX.

PROPVDET me interdum quaedam referre in lit-
 teras, verentem ne nimis obvia & proutita sint: sed
 cum in eis animaduerto errasse eos qui quasi columi-
 nae quaedam litterarum habentur; venio in spem, fore,
 quae, quamvis leuia & pusilla sunt, aliquos tamen
 inveniunt amatores. In epistola quadam libri quarti
 ad Atticum ita scriptum est in libris Manutianis: *Sed*
quoniam qui nihil possunt, si me nolunt amare: demus ope-
ram ut ab iis qui possunt diligamur: Dices, vellem iam pri-
us scire voluisse & me aut nugigeram manum fuisse. sed
quid, aut nugigeram manum, quid tandem monstri-
um Manutius ingenuè fatetur, locum sibi depositum
desperatum videri. Malaspina, sanè fidenter,
masi-

Manutianae
 Lectiones
 III
 25